

## Criteri di trascrizione

Si è optato per una trascrizione di tipo interpretativo, con un indirizzo tendenzialmente modernizzante:

- abbreviazioni: sono state sciolte tacitamente, salvo casi di particolare incertezza;
- alternanza «u/v»: è stata risolta adottando nei singoli casi la forma corrente;
- maiuscole: sono state uniformate secondo i criteri moderni;
- punteggiatura e segni paragrafematici: sono stati introdotti secondo le norme attuali.

La fine del rigo e il passaggio alla carta successiva sono indicati rispettivamente con i segni | e ||; il segno di paragrafo è stato reso con ¶. Rubriche e notulae presenti nel margine sinistro del foglio sono state consapevolmente omesse dalla presente trascrizione; si è rispettato l'a capo all'inizio di ciascuna imbrevidatura.

## ASDBg, Fondo della Mensa Vescovile, Rotulum episcopatus Bergomi, cc. 96v-97v

| pluris, a sero Glera de Cola, a mane via, a meridie Iohannis Andree, a sero Quola, a monte Blanci Cedrini de Magnonibus. Decima | pecia est rasigeduum<sup>a</sup> que est apud Colam; a mane via, a meridie heredum Iohannis Andree, a sero Quola, a monte Blanci Zendrini. Undecima | pecia ubi dicitur in ripa; a mane est Burgda et Compagnoni, a meridie Matthei de Lagua, a monte Blanci Zendrini. |

¶ Item unum instrumentum autentici<sup>b</sup> testium productorum inter dominum Onfredum de Sorlascho canonicum Pergamensem sindicum et procuratorem | domini Iohannis Dei gratia Pergamensis episcopi nomine et vice ipsius domini episcopi et episcopatus ex una parte, et Obertum Caniasii notarium sindicum et procuratorem potestatis | et communis Pergami nomine et vice ipsius domini potestatis et communis Pergami et universita[tis] ac consilii eiusdem ex altera. Ocassione argenti metalli quod coligitur et cava|tur in valle Ardexii, Gromi autenticatum et in formam publici instrumenti reductum per Albertum Lazaronum notarium, MCCXXXV, indicione VIII.

¶ Item aliud instrumentum cuiusdam sententie late inter suprascriptum dominum Onfredum ex una parte dicto modo et nomine, et ipsum Obertum di|cto modo et nomine ex altera; late per dominum fratrem Gualam episcopum Brixensem quod omnia metalla que cavantur et fodiuntur in valle Grummi et Ardexii. Rogatum per Bellacartum Carrisum Brixensem, MCCXXXV, indicione octava, fiant et esse debeant et devenant ante dominum episcopum Pergamensem et episcopatum.

¶ Item unum aliud autenticum testium productorum inter suprascriptum dominum Onfredum dicto modo et nomine ex una parte, et suprascriptum Obertum Caniasii ex altera | dicto modo et nomine,

---

<sup>a</sup> Lettura dubbia.

in forma<sup>b</sup> publici instrumenti reductum per instrumentum rogatum per Albertum<sup>c</sup> Lazeronum notarium, MCCXXXV, indicione octava. |

¶ Item unum instrumentum rogatum per Lantelnum Sosenam notarium quodam die dominico, sexto intrante mense novembbris MCCXX, indicione nona, in quo | continetur dominum Iohannem, Dei gratia Pergamensem episcopum, nomine et ex parte episcopatus investisse, nomine perpetue locacionis, dominum Vincianum de | Capitaneis de Scalve de civitate Pergami et Iacobum et Raymodum<sup>b</sup>, filios ipsius domini Viniciani, et dominos Raymondum, filium condam domini | Gislanzoni de Capitaneis de Casalve<sup>d</sup>, et Rogerium, filium condam domini Iohannis de Capitaneis de Scalve, et Henricum, filium condam domini Cavaselle de Capitaneis | de Scalve, et Vivianum, filium condam domini Alberti de Capitaneis de Scalve, cives Pergamenses generaliter de omni districtu et et<sup>b</sup> iurisdictione et fictis | et pastis, condicionibus et honoribus omnibus in integrum que Episcopatui Pergamensi pertinent, in tota curia et valle Scalve et de Plodo, tam | in monte quam in plano, tam in communibus quam divisis et personis et rebus; preter ea que inferius in ipso contractu sunt exceptata. | Et spetialiter investivit eos, suprascripto modo et nomine, secundum quod de iure et cum honestate fieri potest, de tota decima et iure percipiendi decimam et fructus et redditus pro ipsa decima et occasione ipsius decime quam ipse episcopus habet vel episcopatui pertinet in tota ipsa curia et valle | et Scalve et de Plodo, tam in monte quam in piano ubicunque, excepta decima quam ipsi suprascripti domini de Scalve tenebant per episcopum | et ipsis dominis pertinebant iam antea; et excepta decima quam habet plures de Scalve in predicta valle seu valibus, dantibus | et redentibus domino episcopo et episcopatui libras viginti imperialium omni anno usque in capite dicte investitionis facte suprascriptis dominis. |

¶ Item unum aliud instrumentum in quo continetur ipsum dominum episcopum nomine et vice episcopatus Pergami investisse iure et nomine locacionis | perpetue dominum Raymondum de Capitaneis de Scalve, tunc potestatem comunis et universitatis de Scalve, et Obertum Fraoni et Obertum Petri | Cavalorii, tunc consules comunis et universitatis ipsius comunis, et Iohannem Lantelmi Bernardi, tunc canevarium ipsius comunis, et Iohannem de Lupo et Petrum | de Palastana notarium et Albertum Riboldi Odoni, qui omnes mandatum a comuni et universitate de Scalve faciendi hec omnia secundum quod | ipsi faciebant contineri<sup>e</sup> in quodam publico instrumento rogato a Martino Odonis de Scalve notario facto; recipientes, nomine et | vice comunis et universitatis de Scalve et pro ipso comuni, universaliter de omni districtu et iurisdictione, fictis, pastis et condicionibus | et honoribus et de omnibus his quibus ipse dominus investiverat quosdam homines

---

<sup>b</sup> Così in A.

<sup>c</sup> In A aggiunto nell'interlineo.

<sup>d</sup> Scritto su un precedente *cap*; probabile errore di ripetizione corretto in scribendo.

<sup>e</sup> In A segue *in ipso* cassato.

de Scalve dantibus et solventibus eidem domino | episcopo et episcopatu omni anno fictum in  
Sancto Martino libras viginti imperialium pro suprascripta investitione ut supra continetur, per  
cartam rogatam per Mar(tinum) de Papis | notarium, die XII, intrante mense iulii, MCCXXXI. |

¶ Item unum aliud instrumentum cuiusdam sententie inter suprascriptum dominum Onfredum  
sindicum domini Iohannis episcopi et episcopatus ex una parte, | et suprascriptum Obertum  
notarium ex altera, per dominum Gualam Brixensem episcopum, occasione metali quod cavatur et  
coligitur in vale Ardexi et Gro|mi, in qua dictus dominus Obertus, nomine vice comunis Pergami,  
condempnatus fuit, sc(riptum) per Bellacartum notarium, die iovis quartodecimo, | intrante mense  
iunii, MCCXXXV, indicione octava. ||

¶ Item unum instrumentum comutacionis quam inter se fecerunt dominus Petrus et Albertus  
canonicus Pergamensis vice ac nomine Pergamensis | episcopatus, cuius episcopatus sindicus erat et  
procurator ad infrascriptum contractum faciendum, secundum quod continetur in quadam  
imbreviatura rogata a Lantelmo | Sosene notario, et presbiter Girardus et Agnellus Aque Azolini,  
cleric et officiales ecclesie Sancti Georgii de Ardexo, nomine et vice ipsius ecclesie et pro ipsa  
ecclesia | Sancti Georgii de Ardexo, et per eos ecclesie suprascripti officiales ecclesie Sancti  
Georgii dederunt, cesserunt eidem domino Petro<sup>f</sup> dicto modo et nomine | omnes decimas et  
decimarias et iura decimarum et quas et que dictus dominus Girardus presbiter et Agnellus et  
Azolinus pro ipsa ecclesia Sancti | Georgii seu ipsa habet Sancti Georgii seu ipsa ecclesia habet et ei  
pertinet seu pertinere videtur aliquo modo vel iure in venis argenti | et in argenti fodinis<sup>a</sup> et in  
metallis sive sit argentum sive ramen que sunt vel fiunt seu fient vel consueverunt fieri seu la|borari  
seu fodi seu colari in tota valle Ardesii, scilicet in territorio de Gromo et ubicumque in ipsa valle a  
Ponte Novo intus usque | ad Scalquelandam versus Bondilione. Rogatum per Lantelnum Sosenam  
notarium die lune, duodecimo mensis madii, MCCXXV, indicione XIII. |

¶ Item unam aliam cartam cuiusdam sententie late sub consulibus iustitie Pergami inter Henricum  
Passeram de Brembate, sindicum domini episcopi et episcopatus | Pergami, nomine eiusdem  
episcopi et episcopatus ex una parte, et illos de Alzano et de Vallle Canalis, scilicet: Petrum et  
Laurentium fratres; et Zenettum, eius nepotem; et Tomatinum et Albertinum et Mazzam, filios  
suprascripti Petri; et Polettum et Baronzelum, filios Laurentii suprascripti; et Peterbonum et  
Ottebonum et Andream | et Lantelnum, fratros<sup>b</sup> et filios Ambrosii suprascripti, ex altera parte.  
rogatum per Ottebonum de Scano notarium, die XII, intrante iunio, MCC. |

¶ Item unum aliud instrumentum in quo continetur dominum Gualam Pergamensem episcopum  
investisse nomine locacionis Vitalem<sup>c</sup> filium condam Zamboni | de Lutrinio suo nomine, et nomine  
et vice Andree et Tomadi fratrum suorum, et nomine et vice Ambrosii et Martini et Tomadi et Mutti

---

<sup>f</sup> In A seguono due parole cassate.

fratrum inter | se, et nomine heredum Andree quondam fratris ipsius Ambrosii, et nomine et vice heredum Tomadi Lorenzonis, scilicet Petri et Pipini et Zanetti, et | nomine et vice Martini et Zanetti et Poletti filiorum condam Alberti Lorenzonis, et nomine et vice heredum<sup>b</sup> Lorenzonis et Benvenute et Bellefantis, | et nomine ac vice Petri Polonis et Laurentii, filiorum quondam Polonis, et nomine Andree condam filii Ricardi fratris predictorum Petri et Laurentii, | et nomine ac vice Ra(m)bbi, et insuper Petrum filium condam Iohannis Tortonis suo nomine ac nomine et vice Bellini fratris sui et heredum Acarini, | similiter condam fratris sui, et Alberti filii suprascripti Petri Tortoris et nomine Musini filii condam de Zola atque Marini de Zoppo; nominatim | de fodro, pasto, feno, agnello, vacca a mesce(re) et de omni alia condicione, prestacione, dacione, exactione seu usancia quam | vel quas predicti vel sui mayores iuste vel iniuste soliti erant dare, prestare seu facere vel dedissent, prestassent seu | fecissent iuste vel iniuste episcopatui vel alicui nomine episcopatus. Salvo iure episcopatui quod habet episcopatus in terra que fuit Alberto|nem et Burdili et Mozzi et Sancte Grate, de qua terra dominus episcopus ei nullum datum fecit. Redendo omni anno fictum pro fodro in Sancto | Martino solidos decem VII, et pro aliis condicionibus solidos tredecim, reservando in se districtum dominus episcopus secundum morem et consuetudinem vallis de Ardexio, scilicet de furto, adulterio, testa ruptura, peiurio de qualibet ipsarum solidos quinque et non plus de aliis autem | denarios XII. MC octagesimo quinto. Hee pecie terre episcopatus quas tenent suprascripti homines; in primis filii condam Zamboni | sive Zambonazzii de Lutrinio tenent tredecim petias terre. Prima iacet in loco de Lutrinio cum casa supra et curte; est ei a mane | heredum Alberti, a meridie heredum Tomatini, a sero comune, a monte via. Secunda iacet ad Campum Rotondum; cui est a mane comune, a meridie | filii Iohannis Magistri, a sera via communis, a monte heredum Martini. Tercia iacet ibidem; est ei a mane ripa communis, a meridie filiorum | Andree, a sero et a monte Petri Polonis. Quarta iacet ibi ubi dicitur ad Piza Longam; est ei a mane ripa communis, a meridie | heredum Rabonis, a sero comune, a monte Petri Polonis. Quinta et ibi prope; est ei a mane heredum Tomati, a sera Rabbi, a monte | Petri Tortoris et heredum Tomatini. Sexta est ubi dicitur in Gratizzio; est ei a mane heredum Tomatini, a meridie via communis, a sero | comune, a monte Marini et pars illius terre fuit communis. Septima ubi dicitur in Gratizolo; est ei a mane et a monte via communis, | a meridie heredum Iohannis Zoppi, a sero via communis. Octava est ad Corniam et est prativa; est ei a mane comune, a monte et a sera heredum | Andree Petronis, a meridie similiter, a monte Tomati Petroni. Nona est ad Collarettum, ubi dicitur ad Senterolos et est prativa, cum teza supra; est ei a mane et a meridie filiorum Coberge, a monte et a sero comune. Decima est ibi ubi dicitur | ad Senterolos, cum tezza supra; est ei a mane Foppa de Stazziis, a meridie et a sero filiorum Boni Cozonis, a monte heredum || Baranzini. Undecima est de prato de Ysolo, cum una tezza supra; cui est undique comune. Duodecima est de prato de Ysolo, | cum tezza supra de gretto; a mane via

comunis, a meridie Tomadi Lorenzonis. Terciadecima est ad Calinam, cum tezza supra; a mane et a monte heredum Alberti Lorenzonis, a meridie Martini de Zoppa, a sero heredum Martini Lorenzonis. ¶ Has tenent heredes Pali de Lutrino. Prima est in loco de Lutrino, cum casa et curte supra; a mane via comunis, a meridie filiorum Tomati, a sero filiorum Zambonazii, | a monte heredum Alberti. Alia est in eodem loco; a mane ripa comunis, a meridie Vitalis Zambonazzii, a sero comune, a monte suprascripti Vitalis. | Tercia est ibidem et est campiva; a mane et a sero comune, a meridie et a monte Vitalis Zambonazzii. Quarta in summa ripa | et est capiva<sup>a</sup> et est prativa; est ei a mane comune, a meridie Tomadi, a sero et a montibus via comunis. Quinta iacet ibi prope et | est campiva; est a mane et a meridie heredum Martini Lorenzonis, a sero via comunis, a monte filiorum Tomatini. Sexta est ibi ubi dicitur | ad Coalinam et est prativa; est ei a mane suprascripti Vitalis et fratrum eius, a meridie Martini de Zoppo, a sero comune, a monte heredum Alberti Lorenzonis. Septima est capiva<sup>b</sup> et iacet ad Cantonum; cui est a mane suprascripti Vitalis, a meridie ed a sero comune, a monte heredum Iohannis | de Zoppo. ¶ Has autem tenent heredes Petri Lorenzonis. Prima est in loco de Lorentino, cum casa et curte; est ei a mane filiorum | Andree, a meridie via comunis, a sero comune, a monte heredum Petri Lorenzonis. Alia est in Fasolis et est campiva; a mane comune, a meridie | heredum suprascripti Martini, a sero heredum Tomadi Lorenzonis, a monte Tomadi fratris sui. Tercia est similiter in Fasolis; a mane ripa comunis, | a meridie<sup>g</sup> filiorum Tomatini Lorenzonis, a sero Petri de Zoppis, a monte Petri Tortoris. Quarta est ibi prope; a mane ripa | comunis, a meridie filiorum Tomathi fratris sui, a monte Albrigetti filii Petri. Quinta est ibi prope; a mane via comunis, a meridie Bol|lini Tortoris, a sero Musini, a meridie filiorum Tomati Lorenzonis. Sexta iacet in Gratizzio; est ei a mane via comunis, a meridie | filiorum Tomadi, a sero comune, a monte heredum Andree. Septima est ibi prope; a mane via comunis, a meridie Marini de Zoppo, a sero | ripa comunis, a monte heredum Martini. Octava est ad Tunicum deuo; est ei a mane undique via comunis. Nona est in prato de la Corna; a mane | comune, a meridie heredum Andree, a sero Tomadi, a monte filiorum Zambonazzii. ¶ Heredes Andree tenent istas. Prima quarum est cum casa et curte; est ei a mane et a sero Ambrosii et Marini, a meridie via comunis, a monte ipsius Marini. Secunda iacet in Fasolis; a mane ripa | comunis, a meridie heredum Zambonazii, a sero filiorum Polonis, a monte heredum Zambonazzii. Tercia iacet in Gratizzio; a mane via comunis, a meridie | Ambrosii, a sero ripa comunis, a monte Tomadi. Quarta iacet in prato de la Corna; a mane comune a meridie filiorum Pauli, a sero et a monte | Ambrosii. Quinta est ibi prope; a mane heredum Martini, a meridie Vitalis Zamboni, a sero Petri de Zoppo, a monte heredum Tomadi. | Sexta est ibi prope, cum tezza una; a meridie Tomadi, ab aliis partibus comune. ¶ Has tenet Tomas Petro|nis. Prima est in loco de Lutrino cum casa et curte; a mane et a monte

---

<sup>g</sup> In A segue una parola cassata.

filiorum Tomadi, a meridie et a sero via. Secunda iacet | ad Cornam; a mane comune, a meridie Vitalis Zambonazzii, a sero et a monte Andree fratris. Tercia est ibi prope; est undique | ei Ambrosii et Marini. Quarta est in summa ripa; a mane comune, a meridie Ambrosii et Marinetti, a sero heredum Tomadi, a monte | heredum Paulii. Quinta iacet in Fasolis; a mane Ambrosii et Marinetti, a meridie heredum Acarini, a sero comune, a monte Petri | Tortoris. Sexta iacet in Gratizzio a mane via communis, a meridie heredum Andree, a sero comune, a monte Petri Tortoris. Septima est | ibi prope; a mane via, a meridie Petri Zoppi, a sera ripa communis, a monte heredum Tomadi. Has tenent heredes Tomadi|ni. Prima est in loco de Lutrinio cum casa et curte; a mane et a monte via communis, a meridie heredum Marini, a sero Vitalis Zam|bonazzii. Secunda est ibi prope sub casa; a mane Tomadi Petroni, a meridie Iohannis Polonis, a sero via, a monte Petri Po|lonis. Tercia est ibi prope; a mane via communis, a meridie filiorum Petri Lorenzonis, a sero et a monte Vitalis Zambonazzii. | Quarta est in Fasolis; a mane communis via, a sero et a meridie Vitalis Zambonazzii, a monte heredum Martini. Quinta est ibi | prope; a mane, a meridie Alberici Tortoris, a sero Petri Toris, a monte Marini Petronis. Sexta est ibidem; a mane comune, a meridie et | a monte Marinetti, a sero Tomas Petronis. Septima est in Gratizzio; a mane Petri de Zoppo, a meridie et a sero Vitalis Zambonazzii, a monte | heredum Martini. Octava est ibi; a mane via, a meridie heredum Martini, a sero via communis, a monte filiorum Petri Lorenzonis. Decima iacet | ad Colarettum cum tezza una; a mane Petri Zoppi, a meridie Petri Tortoris, a sero Guarnerii, a monte comune. Nona | est in Gratizzio ibi prope; a mane et a monte Tomadi Lorenzonis, a sero comune, a monte heredum Martini Lorenzonis. ¶ Has tenent heredes Alberti Lorenzonis. Prima in loco de Lutrinio cum casa et curte; a mane via communis, a meridie heredum Paulii Lo|renzonis, a sera heredum Petri Lorenzonis, a monte Martini Lorenzonis. ¶ Has tenet Petrus de Zoppo. Prima est in loco de Lu|trino cum casa et curte; a mane Bollini, a meridie Domenchini de Zoppo, a sero comune, a monte Musini. Secunda est in ||

Trascrizione di Donatella Barzaghi; revisione di Sandro Buzzetti.